



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

§. 34. Otium vitandum & temporis rationem habendam docet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**

a Quē, nec sæva potest, inferni tollere poena.  
 In quo damnatæ lingua blasphemia crescit  
 O Monstrum, stigi mergendum fluctibus  
 amnis,  
 b Tantaleâque siti dignum, poenaque Epu-  
 lonis,  
 Qui stillam gelidæ poscens, non obtinet  
 undæ.

§. 34.

*Otium vitandum, & temporis rationem ha-  
 bendam docet.*

Qui operatur terram suam, satiabitur pani-  
 bus, qui autem sectatur otium, stultissi-  
 mus est, *Proverb. 12. v. 11.*

c **O**Tia devita, vitiis quæ alimenta mi-  
 nistrant,

d Desidiosus homo, vitæ vix munere dignus,

e Otia cunctorum sunt incentiva malorum,  
 Hæc si sustuleris, periere cupidinis arcus,  
 Pabula peccati, quæ deses inertia nutrit:

f Temporis elapsi, Deus omnia puncta re-  
 poscet,

Quid dictum, factum secreta mente peractū

g Cunctaque quæ fiunt de Cæli prospicit aula:  
 Est tempus, fulvo longe preciosius, auro,

Tota

a Apoc. 16. b Luca 16. c Eccles. 31. d  
 Matth. 20. e Prover. 28. f 1. Ephes. 5. P. 13



Tota hominumque salus transacto ex tempore pendet:

Et tamen, acceptas perdis tã turpiter horas,  
Atque Dies, Mensesque Annosque & plurima  
Iustra,

• Nulla operum studio, collecta fruge bonorum,

An speras, inculta feret tibi vinea botros?  
Arva inarata cibos, speratæ præmia messis?  
Erras, hæc studio: multoque paranda labore.

§. 35.

*Manfuetudinem laudat, nec ulli detrahendum, vel Detractorem audiendum præcipit.*

Manfueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. *Psal.* 36.

Si mordet serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit, *Ecclesiast.* 10.  
v. 11.

Sepi aurem tuam spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia & feras, *Ecclesiast.* 28. v. 28.

• **S**is cunctis placidus, mansuetus. sisque benignus

• Lenis, & ipsorum patienter suscipe mores,

• Si tamẽ offendant, vindictam quærere noli, Sed,

a *Matth.* 25. b *2. Timoth.* 2. c *Ephes.* 4.

• *1. Reg.* 24. & *Genesis* 45.